

*Libro de finibus B. & M. Cap. XI. p. m. 40. Qui & Libro III.
Cap. V. p. m. 52. l. 18. J. scribit: Placet his, quorum
ratio mibi probatur, simulatque natum sit animal
(hinc enim est ordiendum) ipsum sibi conciliari,
ac commendari ad se conservandum & ad suum statum,
& ad ea, quae conservantia sunt ejus status, diligenda:
alienari autem ab interitu, nisique rebus, quae,
interitum videantur afferre. Id ita esse sic pro-
bant, quod antequam voluptas aut dolor, attigerit, salu-
taria appetant parvi, aspernenturque contraria.
quod non fieret nisi statum suum diligerent, interitum
timerent. fieri autem non posset, ut appeterent aliquid,
nisi sensum haberent sui, eoque se, & sua diligerent. Ex
quo intelligi debet, principium ductum esse, a se diligen-
di. Imo Libro IV. Cap. X. p. 63. l. 64. addit: Ipsa
institutio hominis si loqueretur, haec diceret: primos
suos quasi coeptus appetendi fuisse, ut se conservaret
in ea natura, in qua ortus esset.*

§. XI.

*Quomodo hoc studium, statum nostrum, quovis
honesto modo, perficiendi, cum ætate nec langeat nec
algeat, & quomodo magis magisque reddamur, pecu-
liaria nostra tam parta, quam collata bona & dona, no-
bis interdum quoque privative, vindicandi, defenden-
di & suspiciendi, prompti & parati, tam ex natura
Dominii, quam ex naturarum, seu proprietatum ex-
ponere possem; Si adderem quoque ulterius, quæ MO-
RALISTÆ nostri passim de differentia ac varia ap-
plicatione corporis, animi, ac fortunæ bonorum, ex-
posuerunt, liquido etiam inde constaret, quod Com-
munio bonorum e diametro Juri Naturæ esset con-
traria*